Fūdo ſimpliciter vēdito an veniāt iſtrumēta.

tum fundi: ⁊ inſtrumentū patriſfamilias: vt hic dicit ſed in hoc caſu eſt differētia: quia ex hac ſcriptura fundus cum inſtrumēto alienato fundo ſi moriaƭ teſtator nihil erit legatū. ſʒ in alijs duobus caſibus remanet legatū inſtrumēti. ſcʒ patriſfamilias. nā fundi inſtrumentū ſequiƭ alienationē fundi. vt dicta. l. ſi cui. Tertij dicūt. ſiue dicat fundum inſtructuʒ: vel ſicut inſtructus eſt vel fundū ⁊ inſtrumentum. etiā patriſfamilias inſtrumentum continetur: non ſolum fundi. vt dicta. l. q̄ſitum. §. ſʒ ſi fundus. ⁊ §. ſequētibus. ⁊ hic. an fundum cum inſtrumento: quo caſu ſolū inſtrumētum fundi cōtinetur legato. et hoc placet adiecta etiaʒ illa differentia que fit in. d. l. ſi cui.

a ℭ Temporis cauſa. vt ſit. ſ.

b ℭ Seruandorꝝ. Arce et ſilia. vt. ff. locati. ſed ad des. §. illud.

c ℭ Paſcēdi. ff. de ſerui. ruſti. p̄di. l. pecoris.

S Ancim⁹. ¶ Caſus. Teſtamētū feciſti me heredē inſtituiſti: titio fundū ſub cōditione legaſti: ⁊ mihi precepiſti vt ei cautioneʒ preſtarē de legato p̄ſtando: conditione exiſtente: qd nomine cautiōis intelligatur: puta nuda ꝓmiſſio vel fideiuſſoria: queriƭ? Reſpō. nuda promiſſio. vel dic exemplū. ſ. tit. j. l. vlti. in fi.

Text⁹ ibi: ſignificari. ꝯcor. gl. ſuper verſicu. cautiōe. in c. qua fronte. extra de appella.

d ℭ Cautionis. Si teſtator precepit caueri. ideʒ ſi lex.

e ℭ De ſatiſdatione. que fit cuʒ fideiuſſor accipiƭ. vt. ff. q ſatiſda. cog. l. j.

f ℭ Nudam. ✠ a pignore vel fideiuſſore nō a ſtipulatione. Sed ꝯ. ff. mādati. l. ſi mandato titij. §. ſi. Solue ibi eſt idonea. Itē cōtra. ff. de coll'. bo. l. j. §. caueri. Sol. cautio eſt genus. vt. ff. de regu. iur. plus cautionis. Sʒ in vltima voluntate pro nuda ponitur: vt hic. et eodē modo rn̄. ſ. de ꝓcura. l. j. que eſt contra.

✠ Concor. gl. ſup vb. ſufficiēti. in ca. ex tranſmiſſa. de reſti. ſpo.

C Um qdā. ¶ Caſ⁹. Cum ſit diſiūctio refert an fiat perſonarū aut rerū. Si perſonaruʒ veluti ſi ſic dicat teſtator. illū aut illū heredeʒ inſtituo: illi aut illi do lego. apud antiq̄s dubitabatur: an valeat legatū vel inſtitutio: quidā dicebāt in inſtitutiōe vnū vocari ex īſtitutiōe. aliū ex ſubſtitutione in legatis poſteriorē tm̄ admitti ad legatū. Dicit ergo imperator ꝙ ſi nūc taliter fiat inſtitutio ꝙ debet accipi aut pro et. Idem eſt cum dicitur: illi aut illi libertatem relinquo: illum aut illū filio meo impuberi tutoreʒ do. ⁊ hoc in prima. Si autem ſit diſiunctio rerū: vt titio illā aut illam rem do: lego: habent locū que in veteri iure ſancita ſunt. ſcʒ ꝙ heredis ſit electio quā illarū dare velit: ⁊ ſic aut ſumiƭ proprie: ⁊ hoc in ſecunda. hoc locū habebit in contractibus. ⁊ hoc in tertia.

non tēporis[a] cauſa in eo habuit relicta eſſe iuris auctoritate diffinitum eſt. ¶ Ea etiā que tam fructuum colligendorū q̄ʒ ſeruandorum[b]: item pecora ſtercorādi vel paſcendi[c] cauſa ita conſtituta: vt fructus de his capiantur: vel fundus ſit inſtructior fideicommiſſo cedere certi iuris eſt.

☞ Cautionis vbo ſimplex cautio ſignificatur. Bal. Vel ſic. Verbum cautio ſimpliciter prolatū a teſtatore vel a lege ciuili intelligiƭ de nuda ꝓmiſſione: niſi aliud ſit dictum. h. d. no. Salice.

Imperator Iuſtinianus. a. Iuliano prefecto pretorio. Lex. iij.

S Ancimus cautionis[d] nomine nō eſſe fideiuſſoris dationem interpretandam: niſi hoc ſpecialiter vel in grecis vel ī latinis verbis ſcriptū fuerit. ¶ Niſi enim vel generaliter de ſatiſdatione[e]: vel de fideiuſſione ſpecialiter nominatū ſit cautiōe: vel cautela minime fideiuſſionē: ſʒ nudam[f] promiſſionem ſignificari.

☞ Diſiunctiua appoſita inter pſonas ponitur pro coniuncta. ſecus ſi inter res. idem in contractibus. h. d. Bald. Vel ſic. Diſiunctiua poſita inter perſonas honoratas vel grauatas fauore pupillorꝝ: tam in vltima voluntate ꝙ in ꝯtractibus accipitur pro coniunctiua non ſi inter res ſit appoſita. h. d. Salice.

Idem Auguſtus. Joanni prefecto pretorio. Lex. iiij.

C Um[g] quidam ſic vel inſtitutionem/ vel legatum/ vel fideicommiſſum/ vel libertatem/ vel tutelam ſcripſiſſet: ille vel ille mihi heres eſto: vel illi aut illi do lego vel dari volo: vel illum aut illum liberū vel tutorem eſſe volo vel iubeo. dubitabatur vtrum ne inutilis ſit huiuſmodi inſtitutio ⁊ legatum: ⁊ fideicōmiſſum: ⁊ libertas: ⁊ tutoris datio: an occupantis melior conditio ſit: an ambo in huiuſmodi lucra[h] vel[i] munera vocentur. et an ſm̄ aliquem ordinem[k] admittātur: an vterqʒ omnimodo: cum alij[l] primum in inſtitutionibus quaſi inſtitutum admitti: ſecundum quaſi ſubſtitutum: et alij in fideicōmiſſis poſteriorem[m] ſolum accepturum fideicōmiſſuʒ exiſtimauerint: quaſi recentiore voluntate teſtatoris vtentes. ¶ Et ſi quis cor[n] altercationes ſigillatim exponere maluerit nihil ꝓhibet non leue libri volumen extendere vt ſic explicari poſſit tanta auctorū varietas: cum non ſolum iuris[o] auctores: ſed etiam ipſe principales conſtitutiones quas ipſi auctores retulerunt[p] inter ſe variaſſe videntur. ¶ Melius itaqʒ nobis viſum eſt omni huiuſmodi verboſitate exploſa coniunctionem aut/ pro et accipi: vt videaƭ copulatiuo modo eſſe prolata ⁊ magis ſit vt ⁊ primam perſonam inducat/ ⁊ ſecundam non repellat. ¶ Quēadmodum enim (verbi gratia) in interdicto quod vi aut clam[q]/ aut cōiunctio pro ⁊ apertiſſime[r] poſita[s] eſt: ita ⁊ in oībus huiuſmodi caſibus: ſiue inſtitutionum: ſiue legatorū: ſiue fideicōmiſſorū: vel libertatum ſeu tutelarum hoc eſſe intelligendū: vt ⁊ ambo veniant equa lance ad hereditatē: ambo legata ſimiliter accipiant: fideicōmiſſum in vtrumqʒ diuidatur: libertas[t] vtroſqʒ capiat: tutoris ambo fungātur officio: ſic nemo defraudetur a commodo teſtatoris: ſic maior prudētia pupillis[v] inferatur: ne dū dubitatur[x] apud quem debet eſſe tutela in medio[y] res pupillorū depereant. ¶ Sed hoc quidē ſancimus cū in perſonas[z] hmōi proferatur ſcriptura. Sin autē vna quideʒ eſt perſona res autē ita derelicte ſunt: illam aut illā rem illi do lego: vel per fideicommiſſum relinquo: tunc ſm̄ veteres regulas ⁊ antiquas diffinitiones vetuſtatis iura maneāt incorrupta[a] nulla innouatiōe eis ex hac cōſtitutione introducēda. ¶ Quod etiam in contractibus[b] locum habere cenſemus.

☞ Quādo vbū familie ſonat in pſonis intelligiƭ de ꝓpinquis ſm̄ ordinē ꝓximitatis ⁊ de quibuſdā affinibus in ſubſidiū vocādis. Sed qn̄ nomē familie ſonat pro rebus intelligitur pro ſubſtantia bonorꝝ. h. d. Bal. Vel ſic. Relictū familie debetur gradatim pſonis appellatiōe familie cōtentis: ⁊ in hac lege deſcriptis. Sin autez fiat de familia intelligiƭ de rebus. Sali.

Idem. a. Jo. prefec. p̄to. Lex. v.

S Uggeſtioni illyriciane aduocationis reſpondentes

S Uggeſtioni. ¶ Caſus. Teſtamentū feciſti: heredē inſtituiſti: familie tue decem legaſti: qui familie nomine contineantur: queritur? Rn̄. ꝙ non ſolum ſuperiores ⁊ inferiores ⁊ collaterales: ſed liberi ⁊ patroni/ nurus ⁊ gener. Idem eſt ſi teſtator mihi fundum legauerit: ⁊ ne alienem ꝓhibuit: qꝺ ſi faceret eundē fundum familie legauit: an accipiaƭ familia quomodo ſupra. Rn̄. ꝙ ſic. ⁊ hoc in ſecunda.

Als autem

g ℭ Cum quidam. circa quatuor tractat hec lex. inſtitutionem: legatum: libertatem: ⁊ tutelam.

h ℭ Lucra. q̄tum ad hereditatem: vel legatum: vel libertatem.

i ℭ Vel munera. ad tutelam.

k ℭ Ordinem. ſcʒ vt prior nominatus prius admittatur.

l ℭ Alij. ſcʒ inconſulti dicebant.

m ℭ Poſterioreʒ. vt. j. de fideicom. l. clari.

n ℭ Eorum. antiquorum ſapientum.

o ℭ Iuris. ſ. antiqui.

p ℭ Retulerunt. ſup hoc.

q ℭ Aut clā. aut pro et ✠ materialiter hic poniƭ.

✠ Cōcor. c. ſi calice. i ſi. de cōſe. diſ. ij. ⁊ gl. j. circa me. in. c. ij. de reſcꝑ.

r ℭ Apertiſſime. vt arg. ff. qꝺ vi aut clā. is qui in puteū. §. hoc īterdictū. ⁊ in alijs caſibus. vt. ff. de vbo. ſig. l. ſepe. ⁊ facit. ff. de teſta. tut. l. tutor ita.

s ℭ Poſita eſt. vt ſi p̄mo incepit clam ⁊ ꝓhibitus perſeuerauit.

t ℭ Libertas. i. vterqʒ capiat libertatem.

v ℭ Pupillis. ſcʒ in tutela accipiendo hanc diſiunctiuā aut ſeu vel pro coniunctiua.

x ℭ Dubitatur. id eſt de queſtione.

y ℭ In medio. i. ī medio tempore.

z ℭ In pſonas. imo qn̄qʒ cōtra. vt. ff. de leg. ij. cum pater. §. penul. Sol. ibi ſm̄ ordinē ſcripture intelligitur ſubſtitutio facta: vt ibi dicit.

a ℭ Incorrupta. vt hereʒ habeat electioneʒ. vt. ff. de iure do. plerūqʒ. ⁊ inſti. de act. §. huic autē. et ff. de cōtrahē. emp. l. ſi in emptiōe. §. pe. ⁊. l. ſi ita. ⁊ ſ. de cōdi. indebi. l. ſi qs. Sed certe immo in reb⁹ ponitur qn̄qʒ aut pro ⁊. vt. ff. de auro ⁊ argen. lega. l. quintus. j. in fi. ſed ibi ſpeciale. Itē ꝯ. in. l. ſi qs ita legauerit. que eſt in eo. titu. ſed ⁊ ibi ſpāle. vel eſt ibi: ſeu in qua eſt aliud ꝙ in illa/ aut.

Aut p et qn̄qʒ ponitur.

b ℭ In cōtractibus. ſ. qꝺ dictū eſt in alternatione rerū legatarū. vt in predictis. ll. cōtinetur. Sed certe ⁊ in alternatiōe pſonarū eſt idem qꝺ. ſ. vt aut/ pro et/ accipiaƭ. vt ſi vendam rē meā tibi aut illi: cuʒ ambo preſentes ſitis: vt h. Nec obſtat. ff. de cōtrahē. emp. fundū. qꝛ ibi nō vtriqʒ vēdebat ſed vni. quia ſibi ⁊ alteri volebat emere qꝺ alteri non poteſt. hic autem qn̄ cum vtroqʒ ꝯtrahit. Itē nec ob. ff. de v. obli. eū qui. §. qui ſibi. qꝛ ⁊ ibi cū vno tm̄ ꝯhit. et alter poniƭ ad ſolutionē tm̄.

UNIVERSIDAD DE HUELVA 2010

Nõ aũt ſumitur familia pro ſubſtãtia. vt cũ dicitur familie hercīſ. i. hereditatis diuidende. ⁊ hoc in tertia ⁊ vltima parte. Viuia.
a ¶ Per ſuum elogium. Primum exemplum.
b ¶ Nulla quidẽ ſpeciali. nã tũc ſecus eſſet. ff. de leg. ij. l. omnia. §. ſi.
c ¶ Deficientibus. ſ. propinquis.
d ¶ Hi. ſ. filij.
e ¶ Eos. ſcilicet nurus ⁊ generum.
f ¶ Poſt eos. ſ. generum ⁊ nurũ. Et no. primo vocari liberos. Secũdo parẽtes. Tertio collaterales. Quarto generũ ⁊ nurũ. Quĩto libertos: vt h. ⁊. ff. de leg. ij. peto. §. fratre. ⁊. l. cũ pater. §. pen. ⁊ ad trebel. heredes. §. ſi.
g ¶ Prohibuerit. qđ ſit q̃nq̃. vt. ſ. de re. alie. nõ alie. l. fin. ⁊. j. de fideicõ. l. volũtas. ⁊. ſ. de cõdi. ob cau. da. l. ea.
h ¶ Pro ſubſtãtia. vt in familie herciſcũde iudicio: ⁊ alias habet ſignificatiões. vt. ff. de vb. ſig. l. pnũciatio. §. familie.
¶ Si omiſſa ſit cã teſtamenti. ¶ A ſcripto herede ⁊ hoc ĩ fraudẽ relictorũ ſeu libertatũ. Et no. q̃ ppter tria inducit̃ h̃ edictũ. Primo ↄtra eũ q omittit ex teſtamento adire ⁊ adijt ab inteſtato ĩ fraudẽ legatarioꝝ. vt. j. e. l. ij. in prin. ⁊. ff. e. l. ij. Scđo contra eũ qui dimittit adire vt ad ſubſtitutũ trãſeat: ⁊ in fraudem ſimiliter. vt. j. e. l. j. Tertio qñ ideo vt perueniat ad legitimuꝫ. vt. ff. eo. l. j. §. ſi.
¶ Si in fraudẽ. ¶ Caſus. Teſtamẽtũ feciſti: heredẽ inſtituiſti et ei ſubſtituiſti: ⁊ mihi legatũ reliq̃ſti: i fraudẽ mei omiſit hẽditatẽ iſtitutus / a quo petaꝫ legatũ / q̃rit̃. Diſtinguit: aut interuentu pecunie eã omiſit: aut nõ. primo caſu agã ↄtra inſtitutũ. ſcđo caſu contra ſubſtitutũ. Viuia.
i ¶ Si ĩ fraudẽ legatoꝝ. ab iſtituto relictoꝝ ⁊ iſtitut⁹ fecit hãc fraudẽ: ⁊ ſubſtitutus participauit: vt ſubijcit. Sꝫ nõne ſubſtituendo videt̃ teſtatoꝝ permittere omitti.

decernimus familie nomen taleꝫ habere vigoreꝫ: parentes ⁊ liberos omneſq; propinquos ⁊ ſubſtantiam: libertos etiaꝫ ⁊ patronos: necnon ſeruos per hanc appellationeꝫ ſignificari. Et ſi quis per ſuum[a] elogium fideicommiſſuꝫ familie ſue reliquerit. nulla[b] quidem ſpeciali adiectione ſuper quibuſdam certis perſonis facta non ſolum propinquos ſed etiaꝫ his deficientibus[c] generum ⁊ nurum. Eos enim nobis humanuꝫ eſſe videtur ad fideicommiſſum vocari: ita videlicet ſi matrimoniuꝫ morte filij vel filie fuerit diſſolutũ. Nullo etenim modo poſſunt gener vel nurus filijs viuentibus ad tale fideicõmiſſum vocari. cum hi[d] proculdubio eos[e] antecedant: et hoc videlicet gradatim fieri vt poſt eos[f] liberti veniant. Hoc eodem valente et ſi quis rem immobilem cuidam legauerit vł̃ fideicõmiſerit: eamq; alienare prohibuerit[g] adijciens vt ſi hoc fideicommiſſarius preterierit familie ſue res acquiratur. In alijs autem caſibus nomen familie pro ſubſtãtia[h] oporter intelligi: quia et ſerui et alie res in patrimonio vniuſcuiuſq; eſſe putantur.

¶ Si omiſſa ſit cauſa teſtamẽti. Titulus. xxxix.

☞ Si inſtitutus in fraudẽ legatarioꝝ repudiat hereditatẽ ⁊ vadit ad ſubſtitutum vulgarẽ: ipſe ſubſtitutus adiens tenet̃ ad legata ab inſtituto relicta ſi dolus fuit cõmunis participatus cuꝫ ipſo: ipſe etiam inſtitutus tenetur ſi pecuniaꝫ accipit. hoc dicit. Et diuidit̃ in duas partes. Secũda ibi: plane. Bal.

Imperatores Seue. ⁊ An. aa. Januarie. Lex. j.

Si in fraudẽ legatorum[i] trãſmiſſam hereditatem ad ſubſtitutuꝫ probatura es vtilis actio aduerſus eum[k] cum quo fraudis conſilium participatum[l] eſt tibi competit. ¶ Plane ſi pecunia accepta[m] omiſit aditionem: legata ⁊ fideicommiſſa preſtare cogitur[n].

☞ Si hereditas que adiri poterat repudietur: in fraudem legatorum habet locum hoc edictum. hoc dicit Bal. Sec⁹ ſi non potuit adiri ex defectu teſtamenti vel heredis inſtituti. Sali.

Imperato. Philip. a. ⁊ Phil. c. victorie. Lex. ij.

Cum qui cum ex teſtamento poſſet obtinere hereditatẽ ab inteſtato ius ſucceſſionis voluit amplecti: libertatibus eodẽ teſtamẽto datis obeſſe non poſſe[o] iampridem placuit. Q. ſi cum iam neq; adiri ex teſtamento hereditas: neq; bonoꝝ poſſeſſio[p] peti poſſit iudicium defuncti non vſurpabitur[q] ſed ad irrituꝫ iuris ratione deuocatum eſt: petitio relictoꝝ nullo[r] iure procedit. ¶ Si vero iure facto teſtamẽto ceſſante[s] herede ſcripto alter ab ĩteſtato adijt hereditatem: neq; libertates neq; legata ex teſtamento poſſe preſtari manifeſtum eſt[t].

☞ Beneficium iſtius edicti tranſmittitur ad heredem cum ſua cauſa. hoc dicit Bald. Vel ſic. Falcidia detrahitur etiam quando legata ex hoc edicto debentur. hoc dicit Salicetus.

Imperatores Diocle. ⁊ Maxi. aa. ⁊ cc. ap. ⁊ pie. Lex. iij.

Si proculiana patri veſtro cui⁹ eſtis heredes teſtamẽto qđ reliquit: ⁊ ſcripti iure[v] ſm eius iudiciũ vel omiſſa cauſa teſtamẽti ſucceſſerũt ab inteſtato[x] aditus competens iudex (quatenus legis falcidie modus patit̃[y]) vobis[z] relicta reſtitui iubebit.

¶ De idicta viduitate ⁊ lege iulia miſcella tollenda. Titu. xl.

☞ Cõditio viduitatis non ſpernitur ſi legatum nõ aſcribitur mulieri ſed alteri. hoc dicit Bal. vel ſic. Conditio viduitatis non valet de iure ciuili. ⁊ dantur legata vt no. inſti. qui. mo. teſta. infir. §. non tamen. ⁊. ff. de iniuſt. teſta. l. poſthumus.

n ¶ Cogit̃. ſ. inſtitutus a ſe relicta ⁊ ſubſtitutus ſimiliter a ſe ſubſtituto relicta. vt. ff. e. ſi nõ ſolus. §. ſi. ibi: itẽ ſi ſolus ⁊c. ⁊. j. de fideicõ. l. i. l. ſi. Sed videt̃ quẽlibet inſolidũ teneri. vt. ff. e. ti. l. ſi pecuniã. ⁊. l. ſi a ſubſtituto. q̃ ſunt cõtra. Sed dic q̃ ibi quilibet poſſidebat. ſ. inſtitutus ⁊ ſubſtitut⁹ ab inteſtato cũ ambo eſſent legitimi hic ſubſtitut⁹ tm̃. ⁊ ab vtroq; ideꝫ erat ibi legatuꝫ quaſi ambo inſolidũ grauati eſſent: ſecus in duob⁹ hered ib⁹ omittẽtibus ex teſtamẽto: quia habẽtes ab inteſtato ſimiliter vt prius pro partibus tenentur. vt. ff. e. ſi duo ⁊. l. ſi nõ ſolus. in ſi. Itẽ adhuc videtur primo poſſeſſore hereditatis cõueniẽdũ. vt. ff. e. l. ſi qs pecuniam: lꝫ ibi loq̃tur qñ idẽ erat relictũ ab iſtituto ⁊ ſubſtituto: ſi autem diuerſa quilibet ſuis legatarijs tenetur vt dixi.
¶ Cum q. ¶ Caſus. Heres inſtitutus potuit adire hereditatẽ ex teſtamẽto ⁊ non vult ſed ab inteſtato: q̃r forte p̃ximioꝝ eſt: an obſit libertatib⁹ in teſtamento relictis / q̃rit̃. Rñ. q̃ nõ. ⁊ hoc in prima. Si autẽ teſtamẽtum tale fuit ex q̃ adiri non potuit hereditas vel bonoꝝ poſ. peti: q̃r forte erat min⁹ ſolenne: adijt ab inteſtato legatoꝝ pſecutiõi locus non eſt. ⁊ hoc in ſcđa. Si autẽ teſtamẽto recte facto heres ſcriptus adire nõ vult: alius aũt ab inteſtato ſuccedit legata ex teſtamẽto non debebuntur. ⁊ hoc in tertia.
o ¶ Non poſſe. vt. ff. eo. l. de libertatib⁹. §. j. ⁊. ff. ꝺ manu. teſt. l. teſtamento manumiſſus. ⁊. ff. de caſtren. pecu. pꝰ. §. pater. Vel d. vſurpari. vt. j.
p ¶ Poſſeſſio. ſm tabulas.
q ¶ Nõ vſurpabit̃. i. non deducet̃ in vſum prauũ vt. j. de fideicõ. lib. l. j. et de manu. teſt. l. ij. ⁊. ff. de inof. teſta. l. papinian⁹. §. fin. Vel dic vſurpari qñ põt adiri ex teſtamẽto: ⁊ omittit̃ ⁊ accipitur ab ĩteſtato. De bonoꝝ autẽ poſſeſſiõe ideo dicit: q̃r quãdoq; ipſa petitur ⁊ tamen teſtamentum non valet de iure ciuili. ⁊ dantur legata vt no. inſti. qui. mo. teſta. infir. §. non tamen. ⁊. ff. de iniuſt. teſta. l. poſthumus.

Rñ. q̃ ſic. ſi principaliter ad euitandũ damnũ p̃priũ faciat: nõ ſi ꝑpter alioꝝ malũ. vt arg. ff. de aqua plu. arcen. l. j. §. deniq;.
k ¶ Eũ. ſ. ſubſtitutũ ⁊ eius heredẽ. vt. ff. eo. l. de libertatib⁹. §. heredẽ. Sed videt̃ directã dari etiã ſi nõ fuit aliqua fraus cõmiſſa: cũ legata ab inſtituto intelligant̃ tacite repetita a ſubſtituto. vt. ff. de leg. ij. ſi alienus ſeruus. ⁊. l. cũ pater. §. ab inſtituto. ⁊ de lega. j. licet. ⁊. j. ad trebel. l. iiij. Rñ. hic teſtatoꝝ noluit eſſe repetita quaſi nõ teneret̃ ſubſtitutus. vt. d. l. licet. niſi propter hmõi fraudẽ. An autẽ iſtitutus teneat̃ cũ ⁊ ipſe fecerit fraudẽ: Rñ. ſic in ſubſidiũ: prius em̃ ſubſtitutus q poſſidet eſt cõueniendus. vt arg. ff. eo. licet. in ſi. ⁊. l. ſi pecuniaꝫ. ⁊. l. ſeq. Vel dic nõ cõueniri inſtitutũ niſi acceperit pecuniã pro omitten do. vt. d. l. licet. ⁊. l. ſi quis pecuniã. ⁊. l. ſi nõ ſolus. §. ſi. ibi: ſi autẽ ſine pecunia ⁊c. hic autem hoc primo caſu non habuit pecuniam.
l ¶ Participatum eſt. Idem ſi non participaſſet. ſm. P. Sed argu. contra. ff. eo. l. finali.
m ¶ Accepta. Quam accepit inſtitutus a ſubſtituto vt hereditatem omitteret.

Legata ab inſtituto relicta videantur repetita a ſubſtituto.

r ¶ Nullo. ordinario vel extraordinario.
s ¶ Ceſſante. non in fraudem creditoꝝ: ſed propter laborem vitãdum. Accurſius.
t ¶ Manifeſtũ eſt. niſi in caſib⁹. vt. j. de fideicõ. l. eã. vbi plene dices.
¶ Si proculiana. ¶ Caſus. Si proculiana patri tuo reliquit ⁊ ei ſucceſſiſti: an a ſcriptis heredibus a procula volentib⁹ ſuccedere ab inteſtato omiſſa cauſa teſtamẽti petere poſſis legatũ patri tuo relictũ / queritur: Rñ. q̃ ſic: quatenus patitur lex falcidia.
v ¶ Scripti iure. a proculiana.
x ¶ Ab inteſtato. repete ſucceſſerunt.
y ¶ Patitur. Tenetur ergo falcidia per pretorem ac ſi ex teſtamento adijſſent: vt hic. ⁊. ff. eo. ſi duo. §. fina. ⁊. l. qui autem. in prin. ⁊ ad leg. fal. l. j. §. ad eos.
z ¶ Vobis. qui eſtis heredes legatarij: vt hic. ⁊ ad hoc. ff. quãdo dies lega. ce. l. ſi. ⁊. j. de fideicom. ſi in perſona.

UNIVERSIDAD DE HUELVA 2010

De indicta viduitate tollenda.

Legatum. ¶Casus. Teſtamentum feciſti: heredem inſti‐ tuiſti, ꝛ titio legaſti. ſi vxor mea me mortuo nuptui alij ſe non collocaret: an legatum peti poſſit/ querit? Reſpon. ꝙ legatū cōditionale eſt: ꝛ ſi alij nupſit: deficit cōditio ꝛ peti non poteſt. Uiuia.

e Liberos. Ex primo marito.
f Dereliquit. Sed hodie percipit ſm autenti. quam hic lege. cui re lictum quid ꝛc.
g Statuta fuit. vt. ſ. ſ. de ſecū. nup. l. femine. ꝛ l. hac edictali. ſ. his illō.
h Eſſe ex neceſſitate. Cōtinua. ſi maritus reliquit.
i Natura. id eſt deus.
k Ederent. vt. ff. de edi. edic. l. queritur. ſ. j.
l Augeri. qđ fit per ma trimonia. vt. ff. ſolu. ma tri. l. j. ꝛ de bo. dā. l. fin. ꝛ ff. de iure do. l. j.
m Puniunt. vt ꝛ. ſ. de arbi. l. ne in arbitris. in prin. Et not. nō dari viā malignandi. vt. j. vnde vi. l. meminerint. ꝛ. ff. de tranſac. l. cum hi. ſ. ſi cū lis. ꝛ ff. queadmo. teſta. aperi. l. j. ſ. diem. ꝛ. j. inſti. vi bo. rap. ſ. quia. ꝛ. ſ. de lati. liber. tollē. l. j. ſ. ille autem. ꝛ ff. de iudi. l. ſi le gationis. in fi. ꝛ l. eu3 q. ſ. finali.

Matrimonia augēt rempublicam. Lex. ibi: et em. concor. glo. ſup ſ. minor. ppe finē. in. c. ex parte. ex de reſti. ſpo.

a Legatum alij. Secus ſi eidem. vt. j. l. pxi. ꝛ ff. de cōdi. ꝛ demon. l. cum tale. ſ. ſi arbitratu. ꝛ. ſ. meuie. vel etiam ſi alij ſi modo ad ea3 redire de‐ beat: vel alia fiat fraus ad nuptias impedien‐ das. vt. ff. de condi. ꝛ de‐ mon. l. auia. ſ. titio. ꝛ l. heres. ſ. ſi.
b Si vxor. ſcʒ alicuius vel ſua.
c Deficit. Exiſtere au‐ tem videtur cum certu3 eſt eam nubere nō poſſe. vt. ff. de condi. ꝛ demon. l. hoc genus.

Ambiguitates. ¶Caſus. Teſta‐ tum feciſti: herede3 inſti tuiſti: vxori tue. x. lega‐ ſti ſi alij te mortuo non nuberet: lex iulia pmit‐ tebat ad ſcdas nuptias cōuolare pſtito iuramē to ꝙ hoc faceret cauſa li berorum procreandorū ꝛ hoc infra annū a tem‐ pore mort⁹ viri: poſt an‐ num accipiebat legatū preſtita cautione mutia na de reſtituenda re cu3 fructibus. Dicit impe‐ rator ꝙ vult ꝙ etia3 lex ceſſet ꝛ cautio predicta. vnde non preſtito ſacra mento nubat: ꝛ ſiue ha‐ beat liberos: ſiue non le gatu3 percipiat vſufru. apud eam manēte pro‐ prietate filijs poris ma‐ trimonij deferenda: ꝛ h̄ in prima ꝛ ſecunda: et hoc ne periurium com‐ mittatur cu3 ad hoc na tura mulieris produxit vt liberos habeant: ꝛ ea debeat eſſe carū cupidi tas. ceſſet ergo lex ꝛ cau tio mutiana. ne via piu‐ rijs aperiat. ꝛ hoc in ter tia ꝛ vlti. Uiuia.

Lex. l. ambiguitates ꝯcor. c. cleri corum. cu3 glo. ſup ſ. redeuntes. extra de co ha. cleri. et mulie.

d Quieſcente. Lex iu‐ lia permittebat mulieri licet vir prohibuiſſet et aliquid ob hoc relinque‐ rit vt ad ſecundas nuptias nō veniret: tamen ad virum venire poſt annum: ꝛ iurare tempore quo accipit legatū: quia filiorū cauſa hoc faceret ſi contingeret eam in futurū nubere: ꝛ hoc ſi infra annū ac‐ cepit legatum: poſt annū vero accipiebat relictum preſtita cautione mutiana. vt in aut. de nup. ſ. que vero nūc. coll. iiij. que cautio gene‐ raliter locum habebat quotiens eſſet aliquid relictum ſub cōditiōe non faciendi de reſtituenda re cū fructibus ſi cōtrafecerit. vt. ff. de le ga. ij. cum filius. ſ. qui mutianam. ꝛ ff. de condi. ꝛ demon. mutiane. Sed an per omnia ſublata eſt cautio mutiana per iſtam legem? Re‐ ſpon. non: immo in alijs cōditionibus de non faciēdo locum habet ꝛ ſiquidem talis ſit cōditio de qua certū ſit ꝙ non poſſit impleri vi uente legatario: vt ſi non aſcēderis capitolium: tūc preſtatur cautio mutiana: ſi vero poſſit impleri eo viuente: vt ſi nō dederis equū tuū titio. nam titio vel equo mortuo te viuente cōpleta eſt ꝯditio: ꝛ hoc caſu cautio mutiana remittitur: niſi ſit conditio onoroſa quā expe‐ ctare durum ſit: vt relinquo tibi mulieri ſi a liberis non diſceſſeris: eſt eñ durum ideo remittit cautionē: quia poſſunt filij premori ma‐ tri: ꝛ ideo non remittitur ob hoc cautio predicta. vt. ff. de cōdi. ꝛ de mon. l. cum tale. in prin. ꝛ ſ. titius.

Cautio mutiana qñ habet locum.

tis in pſona alteri⁹ ꝙ legatarij poteſt ap poni ꝛ non remittitur. h. d. Sali.

Imperator Gordianus. a. bo no. Lex. j.

Legatu3 alij[a] ſub cō ditione ſic relictu3, ſi vxor[b] nuptui ſe poſt mortem mariti non collocauerit: cōtra‐ ctis nuptijs conditio deficit[c].

¶Ideoq3 peti legatum nequaꝗ poteſt.

☞ Cōditio que viduitatem inducit vi tiatur ꝛ non vitiat. ꝛ l. iulia miſcella cu3 iuramento ꝛ cautione mutiana que pſta batur: ceſſat. h. d. Sali.

Imperator Iuſti. a. Ioan. prefe cto preto. Lex. ij.

Ambiguitates legis iulie miſcelle generali lege tol lentes: nullū ꝓcedimus fieri iura mentū ſm predictam legē ſed pe nitus ea vna cū mutiana cautiōe ſup hac cauſa qeſcēte[d]: licere mu lieribus etiā maritorum ſuorum interminatione ſpreta que vidui tatem eis indicit: ꝛ nō dato ſacra mēto procreande ſobolis gratia ad ſecūdas migrare nuptias pe na hmōi ceſſante: ſiue habeat li beros[e] ſiue non: et ea percipere ꝗ maritus dereliquit[f]. ¶Quorum omnium manifeſtiſſimum eſt do minium minime eas liberis exi‐ ſtentibus habere: vſufructu tan‐ tummodo apud eas remanēte ꝛ ad liberos prioris tori proprie‐ tate eorum deferenda: ſm ea que de ſecundis nuptijs ꝛ lucris que ex his mulieribus ſtatuta[g] ſunt: ne ex neceſſitate[h] legis ꝛ ſacramē to colorato periuriu3 committa‐ tur. ¶Cu3 enim mulieres ad hoc natura[i] progenuit vt partus ede rent[k]: ꝛ maxima eis cupiditas in hoc conſtituta eſt: quare ſcientes prudenteſq3 periuriu3 committi patimur. ¶Tale igitur iuramen tum acquieſcat: ꝛ ex iulia miſcel‐ la cedat cum mutiana cautiōe ſu per hoc itroducta a noſtra repu‐ blica ſeparata. ¶Augeri[l] etenim magis noſtram rempublicam et multis omnibus legitimis pro‐ genitis frequentari ꝗ ipſis per‐ iurijs affici volumus: cum ſatis eſſe inhumanum videtur per le‐ ges que periuria puniunt[m] viam periurijs aperiri.

In auten. de nup. ſ. ꝗ vo nunc ſequitur. colla. iiij. conſti. j.

☞ Hodie cōditio viduitatis in vidua non ſpernitur. ꝛ legatum ei forma hac. l. ſtatuta debetur. Sali.

Cui relictum[n] quid fuerit a cōiuge[o] vel a qualibet per‐ ſona ne ſecundas ineat nuptias: infra annum[p] nō petat: niſi ſpes nuptiarum deficiat[q]: poſt annu3 vero capiat preſtita cautione rei cum fructibus[r] reſtituende ſi cō‐ traſecerit. ¶Pro re immobili iu ratoria cautio fiat cum hypothe cis: pro mobili(ſi perſona ſit ido nea[s]) eadem ſit cautio: alioquin fideiuſſor exigitur ſi preſtari po‐ teſt. ¶Contractus[t] nuptijs etia3 res data vendicari poteſt: quod ſic admittitur ac ſi ei relictu3 vel ordinatum non eſſet.

☞ Lex iulia miſcella correcta in mulie‐ re eſt correcta in viro: ꝛ cōditio in vidui‐ tate appoſita(ſi perſeuerantiā nō reqrit) eſt expectanda. h. d. Baldus. Uel ſic. Cō‐ ditio que viduitatem inducit ſicut ſper‐ nitur in feminis ita ꝛ in maſculis: ꝛ reli‐ ctum in caſu viduitatis future debet ſta‐ tim in euentum ipſius. Sali.

Idem eidem. Lex. iij.

Legem iuliam miſcellam quemadmodum in femi‐ nis ſuſtulimus: ita et in maſculis eſſe ſublatam pertinere quidē ad ſenſum noſtre legis quam ſuper

Cui relictu3. ¶Caſus. Hec auſ. cor‐ rigit. l. codici3. ꝛ dicit ꝙ intra annu3 non poteſt aſſequi relictum: niſi cer tum eſſet ꝙ nuptias cō trahere nō poſſet: vt qꝛ monacha facta eſt: ſed poſt annum bene poteſt aſſequi relictu3 ſi cauea tur de nō nubendo. Sʒ quam cautionem debet preſtare? Certe ſi legata erat res immobilis pre ſtabit iuratoriā cautio‐ nem: ꝛ obligabit bona ſua: ſi eſt mobilis preſta bit fideiuſſoria3 cautio‐ nem: ſed ſi nubat perdit relictum ꝛ reſtituit rem cum fructibus.
n Cui relictū. ſumitur ex auten. de nupt. ſ. que vero. colla. iiij.
o A coniuge. i. a viro vxori vel ecōtra. vel etiā ab extraneo: vt ſubijcit.
p Infra annum. a tpe mortis teſtatoris.
q Deficiat. Ut quia ſit monacha facta vel con‐ uerſa. vel ſacerdos ſi eſt vir. vt in cor. huius au‐ ten. Et no. ꝙ hec auten. corrigit. l. codicis ſecun dam huius ti. que pmit tebat capere ſtatim.
r Cum fructibus. ſcilʒ preteriti temporis. vel ſi dat pecuniam ꝛ eam mutuatus fuerit ali‐ cui reſtituet quātum percepit: ſed ſi in rem ſuam vertit: tunc vſq3 ad tertiam centeſime. Uel ſi that res deterior ſuſtinet medietatē pericu‐ li. vt in corpore huius auten.
s Idonea. i. idoneam habet ſubſtantiam. vt in cor.
t Cōtractis nuptijs. ſ. ſecūdis. Sed an idem in primis: vt ſi relin‐ quo virgini ne nubat: vel ei que nunꝗ nupſit? Rñ. ſm Jo. legem ve terem ſeruari ꝛ nubere poſſit ꝛ habere legatum. vt. ff. de cōdi. ꝛ de mon. cum tale. ſ. meuie. ꝛ l. quotiens. ꝛ l. titie. que ſunt ꝯtrarie huic auſ. hic enim tantum de ſecundis dicit nup. Alij vt Jr. dicunt ide3 in virgine multomagis cum virginum vita ſit felicior ꝗ continen‐ tium. vt in auten. de leno. ſ. j. colla. iij. Additio. Tu teneas opinio‐ nem Joan. quā Azo. in ſumma huius tit. in fine putat indubitāter eſſe veram: ꝛ eam tenent cōmuniter doctores.

Legatum virgini relictum ne nubat an valeat. Virgines ſūt felicio res conti‐ nentib⁹.

Legem. ¶Caſus. In prima parte dicit iperator ꝙ ſicut i femi nis lex iulia ꝛ mutiana cautio ſublata eſt: ita ꝛ i maſculis tol lenda eſt: ſed ſi aliquis vxori ſue legauerit cū vidua erit: vel quotiēs: vel cōtra viro quando vxorē amiſerit qualiter intelligenda ſint iſta verba: queritur? Rñ. ꝙ ſtatim ex quo vidua erit petit legatum: nō ꝙ habeat.

UNIVERSIDAD

habeat neceſſe ſtare in viduitate:ſimiliter in viro:cuȝ huiuſmodi libertas ſit pro ſolatione ſue triſtitie.⁊ non ꝓ indicenda viduitate.ff. de verb.ſigni.iſta lex ſequēs debet poni:q꜠ pulchra eſt ⁊ vltima ſuggeſtioni ⁊c.que ſequitur.Viuianns.

a ¶ Promulgauimus.vt.ſ̄.l.proxi.
b ¶ Expreſſim.Nam aliter videt̄ eſſe neglectuȝ. vt.ff.de iniur.itē apud. §.hoc edictum.
c ¶ Senatuſconſultum. quod non habemus.
d ¶ Relinquatur.ab extraneo ⁊ non a marito: vel etiam a marito.
e ¶ Legitimo.ſ.actione ex teſtamento vel hypothecaria.
f ¶ Permaneant. Sufficit ergo vel modicuȝ ſic ſtetiſſe:vt hic.⁊.ff.de annu.leg.l.filie.ꝙ ſi vt perpetuo ſic ſtaret nō expectaretur cōditionis euētus:q꜠ ſtatiȝ vt impoſſibilis haberet̄ pro nulla: ſiue a viro / ſiue ab alio relinquat̄.vt.ſ̄.l.proxi.⁊ ff.de cōdi.⁊ demon.l.cū ita legatuȝ ſit.hodie tñ contra.vt in auten.ſ̄.c. cui relictum.
g ¶ Vel.pro ſaltem.
h ¶ Miſcella.Hoc ergo caſu nō habet locum lex iulia miſcella.
i ¶ Perſecutio.Et perpetuo apud eum remaneat:etiam ſi nubat:niſi vir vxori / vel vxor viro reliquerit:quia tunc ſeruantur ea que de ſecundis nuptijs dicuntur: ſiue infra tempus luct⁹ ſiue poſtea ſecūdas icat nuptias.vt.ſ̄.de ſecūdis nuptijs.l.j.et.l.femine. Quid ergo dices de eo quod quotidie habem⁹ in vſu relinquēdi ſcilicet vxoribus noſtris victuȝ ⁊ veſtitum ꝙdiu in domo noſtra caſte vixerint nonne quodāmodo videtur indici viduitas:⁊ ſic videtur eſſe:vt dicit aut̄.illa.cui relictuȝ.ſ̄.e. Additio. Tu dicas ꝙ ꝑ talia verba non impeditur mulier trāſire ad ſecunda vota ⁊ capere relictū.ſm Bar.hic.q꜠ caſte ⁊ honeſte viuere dicitur que virum accepit.vt.l. mulier.j.§.cum proponeretur.ff.ad trebellia. licet Bal.in.l.cuȝ filius. §.qui mutianaȝ.ff.de lega.ij.teneat contrariū.

hoc promulgauimus[a] nō eſt incertum:ne tamen quedam ambiguitas ſimplices animos moueat etiam expreſſim[b] ſancimus legeȝ iuliam miſcellaȝ ⁊ ſenatuſconſultum[c] qđ circa eam factum eſt:nec non mutianā cautionē que ſuper talib⁹ nuptijs introducta eſt:nō ſolum in feminis ſed etiam in maſculis ceſſare. ¶ Sed q꜠ apud vlpianum in libris ſabinianis inuenimus quedā verba que effugiūt legis miſcelle obſeruationeȝ:ne qs ⁊ ea ſublata eſſe putauerit ſancimus/cū huiuſmodi verbis mulieribus aliquid relinquatur[d]:ſi vidua erit vel quotiēs vidua erit vel cum vidua erit:vel ecōtrario maribus ſi amiſerint vxores:vel quādo ad celibatuȝ peruenerint non vetari ea vendicare vel legitimo[e] modo ſumere que eis derelicta ſunt. ¶ Neqȝ enim vt permaneant[f] / vel[g] femine in viduitate vel maſculi in celibatu videt̄ eſſe relictum vt locum ante noſtram legem habeat lex iulia miſcella[h] que iam perempta eſt:ſed cum primum hoc euenerit illico competat talib⁹ perſonis eius quod relictum eſt perſecutio[i]. ¶ Quia ſub conditione relictum eſſe videtur / ſiue ſemel / ſiue in annos ſingulos hec liberalitas fuerit conſcripta:quaſi pro ſolatio ſue triſtitie[k].

¶ De his que pene nomīe in teſtamento vel codicillis relinquūtur. Titulus.xlj.

☞ Relictum vel in alium tranſlatū pene noīe valet:niſi ob turpem cauſam vel impoſſibilem conditionem relinquatur.

Imperator Iuſtinia.a.menne prefec.preto. Lex vnica.

Superuacuaȝ obſeruationem veterum legum per quaȝ teſtatorum voluntates ad effectum duci impediebantur amputamus.

Unde conſilium eſt quod addatur in verbis teſtamenti.⁊ ꝙ ad ſecūda vota non tranſierit.
k ¶ Triſtitie.q꜠ amiſit vxorem:vel cum econtra vxor virum.
¶ De his que pene nomine in teſtamēto vel codicillis relinquunt̄.

Diuiſio. Superuacuam.Diuidit̄.Primo ius antiquū tollit.Secūdo nouum inducit.Tertio a nouo excipit.Secūda ibi:ſȝ licere.Tertia ibi:ꝙ ſi aliquid.Salice. ¶ Caſus. Olim ſi teſtator heredem vel legatarium damnauerat:in pena pecuniaria ſi voluntati ſue non paruiſſet nō valebat teſtamentū. Statuit imperator per hāc legem ꝙ nihilominus valeat ⁊ precipere poterit teſtator heredi vel legatario dare pecuniam ſi voluerit parere ſue voluntati.Si autem aliquid probroſum preceperit vel impoſſibile:impune ei non parebitur.Viuianus.
l ¶ Libertatibus.cōtra.ff.de leg.j.plane ſi filiū.§.ſi.Sol.hic non dicit valere ab eo relictum/ſed auferri ei libertatem:ſi nō det relictuȝ. argu.ff.ſi quis omiſ.cau.teſta.l.ſi quis ſub conditione.
m ¶ Si minus.i.ſi nō.Sed videtur cōtra.ff.de cōdi.⁊ demon.l.mulcta.in prin.⁊.ff.eo.l.j.vbi dicit relicta in penam nō valere. Solu.hic corrigit.vel ibi nil pōt imputari grauato in monumento quod alterius arbitrio facere debebat:⁊ ideo relictū ab eo in penam non valet: vt ibi dicit.

¶ Precipiētes nullum valere dicendo pene nomine quedam eſſe relicta vel adempta in ſupremis teſtantium voluntatibus ea īfirmare. ¶ Sȝ licere teſtāti pro implēda ſua volūtate vel pecunias dari precipere:vel aliam pecuniariam penam inferre quibus voluerit:tam in adimendis hereditatibus / vel legatis/vel fideicōmiſſis/vel libertatib⁹[l]:ꝗȝ in precipiendo ad alias perſonas eas transferri ab eo cui relicta ab initio ſunt:vel aliqd alijs ab eo dari ſi minus[m] diſpoſitionibus ſuis heres vel legatarius vel libertate donatus paruerit. ¶ Q̄ ſi aliquid[n] facere vel legibus interdictum vel al's probroſum:vel etiā impoſſibile iuſſus aliquis eorum fuerit:tunc ſine vllo damno (etiā neglecto teſtatoris precepto) ſeruabitur[o].

¶ De fideicōmiſſis. Titu.xlij.

☞ Preſtatio triennalis alimentorū cōcurrente fauore vltime volūtatis facit legatum deberi etiam in futurū ex voluntate minus ſolenni. hoc dicit ſm cōmunem lecturam.Vel ſic.Triennalis preſtatio alimentorum ex certa ſcientia fideicōmiſſum eoruȝ roborat:validū qualificat ⁊ declarat:⁊ iſte caſus omnem lecturā cōprehendit.h.d.Sali.

Imperator Antonius.a.Demetrio. Lex.j.

Si ꝓbaueris demetriuȝ petijſſe de matre[p] heredeqȝ ſua vt tibi alimenta menſtrua[q] ⁊ veſtiarium annuum[r] preſtaret:eāqȝ ſecutam voluntatem filij ſui ꝑ multū tempus:id eſt nō minus in tali cauſa triēnio ea preſtitiſſe:vt in futurū quoqȝ ea preſtentur:⁊ ſi qua in preteritū preſtita nō ſunt vt exoluantur impetrabis[s].

☞ Agnoſcens minus ſolēnem voluntatem:⁊ ſoluens nō repetit.Bal.Vel ſic. Voluntas vltima nō ſolennis non retractatur in agnatis.Sali.

Idem.a.Eupatrie. Lex.ij.

n ¶ Aliquid.dic ꝙ teſtator reliqt legatū non capaci:vel ꝓcepit ſepeliri ſe cuȝ veſtibus:vel inſligebat penā grauato.
o ¶ Seruabit̄.ſ.emolumentū his q impoſſibile facere iuſſi ſunt:eo ꝙ relictum eſt nomine pene non valente:vt hic.⁊ inſti.de lega.§.ſi.in fin.⁊ ff.de leg.j.turpia.ſed videtur valere relictuȝ impoſſibili vel turpi precepto habito pro nihilo. vt inſtit.de here.inſti.§. impoſſibilis.que eſt cōtra.Solu.ſm quoſdam hec ſm illā.ſ.vt impoſſibilitate remota valeat relictuȝ:qđ non placet. Sed dic heredi ſiue grauato impoſita impoſſibilitas vitiat quaſi non ſtet per eum quominus impleat:ſed p impoſſibilitateȝ.at legatario ſiue onerato impoſita nō vitiat ſed vitiatur ibi.⁊.ff. de condi.⁊ demon.l.obtinuit.⁊ eodē modo rñ. ad.l.ſ̄.de inſtit.⁊ ſubſti. reprehendenda.quia et ibi onerato fuit impoſita.Item contra.ff.de lega.j.ſi mihi et tibi.§.ſi quis.vbi īpoſſibile preceptum valet.Solu.ibi non erat impoſſibile infra triduum poſt mortē manumitti cuȝ viuente teſtatore romam venire poterant ſerui.
¶ De fideicommiſſis.
¶ Separatim ideo loq̄t̄ de fideicōmiſſis:q꜠ ſm antiqua iura in multis differebant ✠ a legatis.
Si probaueris. ¶ Caſus. Feciſti teſtamentū minus ſolenne.matrem tuam heredem inſtituiſti:ab ea alimentum menſtruum.i. ſingulis menſib⁹ preſtādū mihi reliquiſti:⁊ veſtimētum annuum ⁊ ea ꝓſtitit mihi:an ſibi preiudicauit quomagis futuri tp̄is alimenta preſtaret:⁊ ſi in preteritū ſolutum non ſit:queritur an teneatur:Rñ.ꝙ ſic.
p ¶ De matre.i.a matre.ſic.ff.de arbi.l.ſi de meis.
q ¶ Menſtrua.i.ſingulis menſibus.
r ¶ Annuum.id eſt ſingulis annis.
